

» cussionem, multi dicunt quod non indiget mortuus absolute, quia absolutio datur, non mortuo directe, cum ipse sit jam solutus vinculo » censuræ quoad se, sed tanquam licentia fidelibus vivis, cum eo communicandi, quæ non requiritur, si non erat vitandus juxta extravag. Martini V, *Ad vitanda*, et ita Navarr. cap. xxvii, » n. 271. Tamen æstimo etiam tunc fore utilem » absoluteionem et esse concedendam, si signa edit contritionis, ut Marta loc. cit., et dict. cap. » *A nobis.* »

» Hoc autem indultum sepeliendi prædictos omnes, si poenitentes decesserint, non suffragatur publicis usurariis, nisi prævia usurarum restitutione, vel saltem præstita cautione ab ipso vel ejus heredibus de restituendo, quamprimum fieri poterit, pro viribus patrimonii, ut ex cap. 3, *Quia in omnibus, De usuris*; et cap. 2, *Quamquam*, eod. tit. in 6.

» Neque decedentibus ex causa duelli, etiam extra locum conflictus, ut declaravit Benedictus XIV, const. *Detestabilem*, quinto idus novemb. 1752, ibi: « Præterea decernimus et declaramus sepulturae sacræ privationem, a sacrosancta Tridentina synodo inflictam morientibus in loco duelli » et conflictus, incurrendam perpetuo fore, etiam » ante sententiam judicis, a decedente quoque extra locum conflictus, ex vulnere ibidem accepto, » sive duellum publice sive privatim indictum » fuerit; ac etiamsi vulneratus ante mortem non » incerta poenitentiae signa dederit, atque a peccatis et censuris absoluteionem obtinuerit, sublata » episcopis et ordinariis locorum super hac poena » interpretandi ac dispensandi facultate. » (Giraldus, *Exposit. jur. pontif.* part. I, sect. 490.)

Ad hæc Benedicti XIV postrema verba auctor. *Prælect. jur. canon. in semin. S. Sulpitii hab. sec.* edit. Parisiis, Lecoffre, 1862, tom. III, pag. 198, alludens scripsit: « Quod ad privationem sepulturae ecclesiasticæ attinet, difficillimum est in praxi urgere severitatem canonum erga illos qui ante decessum signa poenitentiae dederunt; » cui adstipulatur Eminentiiss. cardinalis Gousset, archiepiscopus Remensis, in sua *Theolog. moral.* n. 636, edit. anni 1858. Utrum sane, virtute scilicet consuetudinis ubique apud nos receptæ, Sedis apostolicæ iudicio illud declarandum manet.

« Advertendum tamen, inquit Scavini, poenas hujusmodi non incurri nisi ob duellum stricte sumptum, id est *de condicis*, convento loco et tempore; non vero ob conflictum quemcumque improvisum, quamvis pugnantibus ex eodem rixæ impetu ad locum aliquem idoneum ex æquo perrexerint, prout declaravit S. C. 5 oct. anno 1744. *Theolog. mor. univ.* edit. Parisina 1853, Lecoffre, tom. III, pag. 90.) »

« Quod spectat ad satisfactionem parti læsæ præstandam ab hæredibus, quam hic Innocentius et Gregorius exigunt, hoc non est intelligendum de quibuscumque excommunicatis, sed de iis dum-

taxat qui excommunicationis vinculo innodati erant propter delictum vel contractum ex quo alteri temporale damnum provenerit. » (Giraldus, *ibid.*)

ADNOTATIO XLIII.

Lib. III. Decretal. Tit. XXVIII, § III, cod. n. 371, pag. 390.

DE CADAVERUM DIVISIONE ET INCINERATIONE.

« In decret. *Detestandæ* Bonifacii VIII inter extravag. comm. reprobatur usus illorum qui corpora nobilium, aut dignitate insignitorum, præsertim peregre morientium, exenterant, et membra tum vel in frusta concisa aut ignibus decocta, et tegumento carnis ab ossibus excusso, ad suas vel alienas remotas partes mittunt sive deferunt tumulanda. Ideoque statuit Pontifex ut, si quis cujuscumque status aut dignitatis in locis catholicis de cætero moriatur, nequaquam hujusmodi abusus observetur, sed defunctorum corpora ad locum ubi elegerint sepeliri deferantur, vel in loco ubi decesserint vel vicino sepeliantur ad tempus, incineratis demum corporibus, aut alias ad locum ubi sepulturam elegerint deferendi. Denique in contravenientes excommunicationis sententiam fert, ipso facto incurrendam, Papæ, excepto mortis articulo, reservatam. Illum autem de cujus mandato ipsius corpus tam inhumaniter tractatum fuit vult ecclesiastica carere sepultura.

» Hanc decretalem, notat hic cum Navarro Wagnerek, valde credibile est non esse passim receptam, additque « id certum est, quod idem Navarr. » cap. xxvii *Manual.* n. 105, asserit, ejusmodi » exenterationem et divisionem cadaverum non » esse per se malam et illicitam, ac posse fieri » sine ulla prohibitione in terris infidelium, ubi » non sunt sacræ sepulturae, ideoque Bonifacius illam restringit ad loca catholica. Neque habet locum cum hæc decretalis in eo qui facit id alio fine, » v. g. anatomie aut fœtoris tollendi aut medicamentum inde componendi causa, aut ut debitum honor exhibeatur cadaveribus regum, principum, » magnatum qui frequenter petunt corpora sua dividi et alibi sepeliri cor, alibi alia membra. Non » vult vero Pontifex illos gaudere ecclesiastica sepultura qui corpora sua ita tractari jubent, in » poenam mandati quod ante mortem dederunt de » cadavere suo exenterando, vel solum in exemplum ad alios ab hoc usu facilius absterrendos. » (Giraldus, *Exposit. jur. pontif.* part. I, sect. 497.)

ADNOTATIO XLIV.

Lib. III. Decretal. Tit. XXIX. De parochiis et alienis parochianis, n. 8; pag. 392.

DE PAROCHIS AMOVIBILIBUS.

Merito docet auctor noster quatuor requiri ad constitutionem parochiæ, seu ad hoc, ut Ecclesia

aliqua dicatur, sit, et probetur parochialis. I. Ut auctoritate Papæ vel episcopi sit erecta. II. Ut certus locus ac districtus cum certis limitibus ab episcopo determinetur. III. Ut unum solum ac perpetuum rectorem seu parochum habeat. IV. Ut cura animarum et potestas poenitentialis competat soli rectori Ecclesiæ nam ut jure ordinario in parochianos nullus alius, sed solus ac unicus parochus, prædictam habeat curam. Nota III scilicet ut *perpetuum* rectorem habeat, ex Trident. sess. XXIV, *de Reform.* cap. xiii, ibi: « Mandat sancta synodus episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas propriasque parochias unicuique parochiæ suum perpetuum peculiarem parochum assignet, qui eas cognoscere valeat, et a quo solo licite sacramenta suscipiant; aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. »

Quamvis Pignatelli, tom. IV consult. 143, n. 13, apud D. Bouix, *Tract. de parochia*, Parisiis, Lecoffre, 1855, pag. 220, ad hunc locum Tridentini dicit: « Quod concilium non præcise arctat episcopos ad institutionem perpetui parochi, adeo quidem ut non possint alio utiliori modo providere; » dicendum cum Rota, in decisione diei 23 junii 1642, apud laudatum D. Bouix, *ibid.* pag. 411, quod *regulariter* status beneficii curati est perpetuus. »

Synodus diocesis Montisfalisci et Corneti in Italia, anno 1710 celebrati, sic se habet cap. viii, n. 5: « Ipsa vetus Ecclesia ejusmodi temporariis ministris (vicariis revocabilibus) parum fident. Pro varia rerum necessitate per ecclesias et titulos sive urbis sive rusticæ delegare primum consueverat presbyteros, eosque pro nutu revocare; at visum deinde est longe utilius aliquos ibi constituere qui perpetuo ministrarent. Suum quælibet ecclesia ex antiquissimo more perpetuum ac peculiarem habeat pastorem eximiam non facile lassandæ sollicitudinis... stabiles igitur sint animarum curatores et immobiles, abundantes in omni opere bono. »

Unde quando a Papa committitur facultas erigendi omnes parochias in diocesi de novo erecta, ut factum est pro Galliis annis 1801 et 1802, illa facultas intelligi debet de parochiis proprie dictis, quarum cura perpetuis rectoribus assignatur. Porro, de facto, inter parochias tunc temporis erectas quamplurimæ, sub nomine *succursalium*, rectoribus ad nutum amovibilibus gubernandæ traditæ fuerunt ac etiamnum traduntur. Multis abhinc annis, quoad regimen istud sic apud nos invecitum, graves controversiæ exortæ sunt quas episcopus Leodiensis in Belgio ad Sedem apostolicam, anno 1845, dirimendas detulit his verbis:

« Beatissime Pater; infrascriptus episcopus Leodiensis omni qua decet veneratione humillime petit ut examinetur sequens dubium, sibi que pro conservanda in sua diocesi unitate inter clericos, et Ecclesiæ pace, communicetur solutio.

» An, attentis presentium rerum circumstantiis, in regionibus in quibus, ut in Belgio, sufficiens

legum civilium fieri non potuit immutatio, valeat et in conscientia obliget, usque ad aliam Sanctæ Sedis dispositionem, disciplina inducta post concordatum anni 1801, ex qua episcopi rectoribus ecclesiarum, quæ vocantur succursales, jurisdictionem pro cura animarum conferre solent ad nutum revocabilem, et illi, si revocentur vel alio mittantur, teneantur obedire.

» Cæterum episcopi hæc rectores revocandi vel transferendi auctoritate haud frequenter et non nisi prudenter ac paterne uti solent, adeo ut sacri ministerii stabilitati, quantum fieri potest in hisce rerum adjunctis, satis consultum videatur.

» CORNELIUS, episcopus Leodiensis. »

Responsum fuit: « Ex audientia Sanctissimi, die prima maii 1845. Sanctissimus Dominus Noster, universæ rei de qua in precibus ratione mature perpensa, gravibusque ex causis animum suum moventibus, referente infra scripto cardinali S. Congregationis concilii præfecto, benigne annuit ut in regimine ecclesiarum succursalium de quibus agitur nulla immutatio fiat, donec aliter a Sancta apostolica Sede statutum fuerit.

» P. card. POLIDORIUS, præf. A. Tomassetti, subsecret. »

Notanda sunt verba hæc: I. *benigne annuit*, si regimen de quo controversitum esset juri consentaneum benigno Pontificis assensu non indigisset; II, *Donec aliter statutum fuerit*, quæ clausula confitetur æquivalenter ad jus redeundum esse quando, de iudicio Sedis apostolicæ, opportunitas sese dederit. Præterea, utrum reipsa non frequenter, et non nisi prudenter et paterne, revocentur aut transferantur parochia mobiles, ita ut sacri ministerii stabilitas remaneat, ipsa facta conspicienda et interroganda sunt, præsertim in quibusdam Galliarum regionibus.

Circa præsentem questionem audiantur concilia recens apud nos celebrata.

Concilium Suessionense, anno 1849 celebratum tit. XV, cap. 1, sic se habet: « Hæc inducta fuit post concordatum disciplina, quod illi, qui proprio nomine ecclesiarum parochialium curam gerunt, non omnes sint titulares seu inamovibiles; nec dubium est, ut patet ex declaratione Summi Pontificis Gregorii PP. XVI, huic consuetudini esse obtemperandum, donec aliter a Sede apostolica statutum fuerit; cum præsertim, in hac temporum nostrorum difficultate, diversas habeat utilitates, et aliunde ipsi recens ordinati statim ad regimen parochiarum vocentur, etiam antequam experientiam competentem vitamque sufficienter probatam habeant; plerique enim non possunt vicarii munus exercere, deficientibus ad hoc congruis dotationibus. Nihilominus, quoniam paucissimæ sunt ecclesiæ titulares, quibus nempe annexa fuit inamovibilitas, atque titulum reclamant, videntur ipsa plurimum aliarum ecclesiarum antiquitas, simul ac fidelium numerositas, necnon plurimum rectorum merita, peroptandum sane est ut in omnibus et

singulis decanatibus seu regionibus (*cantons*) alii præter decanum, duo saltem atque etiam tres quatuorve, pro uniuscujusque regionis parœciarum numero, rectores canonice constituantur inamovibiles, debitumque stipendium percipiant. Operam igitur dabunt episcopi ut gubernii consensus, quem concordatum requirit, accedat, atque votum tam legitimum quod erigit hæc synodus quam primum adimpleatur. »

Ad hunc paragraphum prædicti capituli subjungitur adnotatio sequens, scilicet : « De augendo numero parochorum inamovibilium, Eminentissimi Patres sacre Congregationis judicium comperendum duxerunt, quousque alia concilia provincialia hac super re sedulo expenderit. »

Concilium Rhedonense, 1849, decreto X : « 2^o Cum, ex disciplina hodie apud nos vigente, episcopi plerisque ecclesiarum rectoribus jurisdictionem pro cura animarum ad nutum revocabilem conferre valeant, ipsis magnopere commendamus ut hac rectores revocandi vel transferendi auctoritate haud frequenter, et non nisi prudenter ac paterne utantur, adeo ut sacri ministerii stabilitati, quantum fieri potest, in hisce rerum adiunctis, satis consultum videatur. (Epist. episc. Leodiensis ad Gregor. XVI.) » Hanc tamen disciplinam post concordatum anni 1801 in Galliis, assentiente Summo Pontifice, inductam, quæque, haud vereamur dicere, primævis illis quasi renescentis apud nos Ecclesiæ temporibus necessaria, tot indubie salutaria et perutilia rectæ diœceseos administrationi, animarum bono, ipsiusque cleri ac religionis honori consecraria habuit et etiamnum habet, legitimam declaramus; necnon et juxta mentem ipsorum Summorum Pontificum nobis bene notam, judicamus nullam, de regimine ecclesiarum succursalium, immutationem in provincia nostra faciendam, donec aliter a Sancta apostolica Sede statutum fuerit. (Respons. Gregor. XVI ad episc. Leod.) Synodus itaque improbat eos omnes qui, in contemptum non solum auctoritatis episcoporum sed et Sedis apostolicæ, hunc præsentem statum juris communis eversivum et sacris canonibus prorsus contrarium asserere non dubitant. »

Concilium Avenionense, 1849, tit. VI, cap. vi : « I. Rectoriam curam sub nomine *deservientium* obtinentes, licet ex institutione sua sint ad nutum episcopi amovibiles, eadem ac parochi officia, necnon ex concessione episcoporum, eadem jura quoad parochiæ suæ administrationem exercent. II. Præsentem hunc regiminis ecclesiastici ordinem, quamvis regimini et pluribus ante sæculis viginti dissimilem, nihil tamen aut menti Ecclesiæ, aut ministerii sacri naturæ, habere contrarium censet et declarat synodus, cum ille tum in primis sæculis, tum variis postea temporibus reipsa flourerit. III. Non possunt ergo non dolere Patres hujus provincialis synodi quod tam acriter mota fuerit, paucis abhinc annis, hac in provincia Avenionensi, de illa quæstione controversia, quæ in

multis Galliarum diœcesibus non leves dissensiones excitavit. Spectatis etenim antiquitatis ecclesiasticæ monumentis, et diligenter perpenso jure novo, e concordato Pii VII, e reclamationibus cardinalis legati Caprara contra *articulos organicos*, in quibus reclamationibus nullo modo amovibiles *deservientium* redarguitur, atque e Summorum Pontificum declarationibus inducto, aliter sentiendum non esse quam modo dictum est decernit hæc nostra synodus. IV. Itaque hæc monet et hortatur ut ad omnem ea de re controversiam præcludatur regressus, et huic disputationi finis imponatur, præsertim cum, ex declaratione Gregorii XVI et Pii IX, illa gravissimi hoc tempore momenti quæstio judicio Sanctæ Sedis sit reservanda, et vera a synodo reservetur. V. Verumtamen pro charitate paterna, qua istos cooperatores ministerii nostri pastoralis complectimur, ordinariè nullus eorum, in singulis diœcesibus provinciæ, a sua parochia invitatus amovebitur aut tolletur, nisi prius inquisito officialitatis aut auditorii nostri privati consilio. »

Burdigalense, 1849, tit. IV, cap. x : « Ab anno 1801, existit in Galliis duplex parochorum classis, alii nempe sunt vere titulares seu inamovibiles, aliis autem confertur jurisdictio quæ, quanquam ordinaria sit, ad nutum episcopi revocari potest. Cum autem Summi Pontifices non semel declaraverint « nullam immutationem in hac disciplina » puncto esse faciendam, donec aliter a Sancta Sede apostolica statutum fuerit (Resp. Greg. XVI episc. Leod. anno 1845.) » synodus improbat et damnat eos qui, auctoritate episcoporum contempta, instabilem istam plurium parochorum conditionem quasi juris communis eversivam, sacrisque canonibus prorsus contrariam, reprehendere non dubitarent. Imo, synodus hanc disciplinam hinc nostrorum temporum angustiis et necessitatibus omnino congruam esse existimat. Quoad autem Sancta Sedes, ad quam de his statuere pertinet, præsentem rerum statum non immutaverit, Patribus concilii destinatum ac firmum propositum in animo est non nisi raro, prudenter ac paterne uti facultate parochos revocandi vel transferendi, adeo ut, quantum fieri potest, sua sacro ministerio non desit optanda stabilitas. »

Concilium Aquense, 1850, tit. V, cap. vi : « Licet minorum ecclesiarum rectores immutabili apud nos titulo non gaudeant, sed ad episcopi nutum sint revocabiles, vere tamen parochi nominantur et sunt; ipsis ergo jura parochorum omnia necnon et officia competunt. Cum gravissimam de horum statu quæstionem sibi reservaverit Sancta Sedes (Brev. ad episc. Leod.) in præsentem synodo, ea de re, nihil decernendum occurrit. »

Concilium Tolosanum, 1850, tit. I, cap. vi, n. 29 : « Post concordatum anni millesimi octingentesimi primi, invaluit in Galliis consuetudo, et etiam nunc viget, ut qui succursalibus Ecclesiis præficerentur præbysteri jurisdictionem obtineren-

ad nutum episcoporum revocabilem. Quam disciplinam Summo Pontifice assentiente inductam, servandam esse ac retinendam censemus et judicamus. Insuper et decernimus ut, ad mentem Summi Pontificis fel. rec. Gregorii XVI « in regimine Ecclesiarum succursalium (*nostra hujus provinciæ*) » nulla immutatio fiat, donec aliter a Sancta apostolica Sede statutum fuerit. (Resp. Summi Pontif. Gregor. XVI ad episc. Leod. 1^o maii 1845.) »

Concilium Claromontanum, 1850, tit. I, decret. de Parochis : « Parochos ad arbitrium episcopi, secundum hodiernam Galliæ ecclesiarum disciplinam, revocabiles, haud fugit hunc præsentem statum nihil præ se ferre quod divinæ Ecclesiæ constitutioni contradicat, quidquid in contrarium affirmare ausi fuerint nonnulli prorsus certe improbandi, quum idem status prioribus Ecclesiæ sæculis legitime vigerit. Ideo declaramus, juxta mentem sanctæ memoriæ Gregorii Papæ XVI, nullam immutationem in eo faciendam esse donec aliter ab apostolica Sede sancitum fuerit. Nec erit sane unde querantur hujusmodi rectores de facultate qua utentur episcopi quam mature et moderate, nec ut dominantur in cleris, sed ut animarum salutem et ipsorum bono parochorum paterne consulant. Declaratum autem volumus nec ipsos nec eorum parochias subjacere jurisdictioni parochorum regionalium : imo, citra inamovibilitatem, isdem potiuntur juribus. »

Auscitanum, 1851, tit. II, cap. vi : « Improbatur synodus eos qui succursalium amovibilitatem tanquam illegitimam vituperant, declaratque eam ordinationi divinæ non adversari nec a sancta Ecclesia reprobari; imo hanc disciplinam esse servandam, ex declaratione Summi Pontificis Gregorii XVI, donec apostolica Sedes aliter statuerit. »

Denique in concilio provinciæ Remensis, anno 1853, Ambiani celebrato, cap. vii, *De consuetudinibus in provincia Remensi existentibus*, leguntur illa : « Etsi enim in Galliis, ubi nunc maxima pars rectorum qui parœciis præficiuntur sunt amovibiles, grandis profecto facta fuerit sub eo respectu juri communi derogatio, Summus Pontifex hunc ordinem, justis de causis introductum, non abolendum, sed continuandum esse censuit. »

Cf. DD. André, *Cours alphabét. et méthodique de droit canon*, tertia edit. Parisiis, 1860, verbo *Inamovibilité*, ubi § 6, ea de re sententiæ quorundam episcoporum exponuntur. Hæc sunt verba prælaudati auctoris : « L'inamovibilité ne doit pas être rétablie comme un droit, ajoute M^r l'évêque de Viviers (DD. Guibert, hodie archiepiscopus Turonensis); elle ne peut cependant pas être rétablie comme une simple convenance. M^r l'évêque de Montpellier (litt. pastoral. 1^o maii 1845) pense comme nous à cet égard. « Sans doute, dit-il, dans toutes les lois positives et surtout dans celles de l'Eglise, l'on découvre quelques rayons du droit naturel qui est éternel et immuable. La loi de l'inamovibilité longtemps établie porte

« éminemment ce caractère. Une loi qui remonte aux temps les plus reculés, qui n'a été suspendue que par la nécessité des circonstances à diverses époques; que les conciles et la pratique des évêques, sur tous les points du monde catholique et dans tous les siècles, ont plus ou moins expressément sanctionnée, une telle loi doit être fondée sur quelque chose de plus grand que de simples convenances. C'est la dignité du ministère pastoral, c'est le bien surnaturel des peuples que l'Eglise a considéré, raisons supérieures en elles-mêmes à tous les faits transitoires, parce qu'elles rentrent dans l'ordre absolu de la loi éternelle. » Hucusque DD. Thibault, episcopus Montispessulani, apud dict. DD. André.

Variis documentis quæ congressit de statu nostrorum succursalium, ut aiant, DD. André, loc. cit. addere possumus illa quæ sequuntur. Primum, et hoc scitu maxime dignum, duo et viginti episcopi Galliarum, litteris ad RR. DD. Thibault directis, sententiæ ab eodem prolatae adhæserunt, ut constat ex informationibus certis. Deinde, cum, post anni 1848 perturbationem, RR. DD. Morlot, tunc archiepiscopus Turonensis, postea S. R. E. cardinalis et archiepiscopus Parisiensis, et cum illis tres alii antistites ad omnes Galliarum episcopos quoddam misissent scriptum cui titulus : « VÉRITABLE EXPOSÉ DE L'ÉTAT PRÉSENT DE L'ÉGLISE EN FRANCE ET DE LA CONDUITE DES ÉVÊQUES DANS LE GOUVERNEMENT DE LEURS DIOCÈSES, » DD. Thibault opportunum censuit Sanctissimo D. N. Pio IX mentem suam patefacere, et vernaculo sermone negotium aggressus est : « Cet écrit, inquit prælaudatus antistes, m'a paru dans son ensemble plein de sagesse et de solidité, et j'ai dû lui donner mon assentiment, sauf quelques points particuliers d'une importance assez grave pour me déterminer à soumettre au jugement suprême de Votre Sainteté mes vues personnelles que la solidarité du ministère épiscopal ne me permet point de supprimer. »

Idcirco in septem distinctis paragraphis idem episcopus tractat I. De succursalibus; II. De incommodis contra inamovibilitatem allegatis; III. De modo puniendi parochos delinquentes; IV. De conciliis provincialibus, synodis diœcesanis, et studiis ecclesiasticis; V. De electione episcoporum; VI. De institutione et utilitate capitulorum; VII. De capitulorum juribus. Breviter et summarie tantum Mompeliensis antistitis sensa referemus.

Paragraphus I. De succursalibus. DD. Thibault primum in memoriam revocat litteras pastorales ab ipso publicatas circa *deservientium* inamovibilitatem, die scilicet prima maii 1845, et sic proseguitur : « L'Exposé des quatre prélats reconnaît que, parmi les questions si graves déjà traitées, il n'en est pas qui soit en ce moment d'un plus haut intérêt pour nos Églises, ni qui demande une plus sérieuse attention; que les réclamations qui se sont élevées sur ce point ont fait sur une certaine portion du

» clergé une assez forte impression pour éveiller l'attention des évêques, et leur faire juger que le temps était venu de soumettre à l'examen le plus sérieux une question à laquelle se rattachent tant d'intérêts divers. Il serait en effet périlleux, ce nous semble, ajoutent les quakers, de laisser trop longtemps le clergé dans l'incertitude sur un point si important, et dont il paraît être aujourd'hui, surtout dans certaines provinces, vivement

» préoccupé. C'est du reste l'avis de l'Épiscopat et des ecclésiastiques qui sous sa conduite prennent une part active à l'administration des diocèses. »

Deinde DD. Thibault, ad probandam necessitatem parochorum perpetuorum, coarctat citationes ex Fagnano, *De officio vicarii*; Devoti; Thomassino, *Nov. et antiq. discipl. eccl.*; collatore Andegavensi, de *Hierarchia* excerptas. Sub rubrica statutorum quorum auctoritate presbyteri Ecclesiis singulis titulo certo et permanenti respective devinciebantur, allegat concilium generale Nicenum I can. 15, generale Chalcedonense can. 5, concilium Placentinum anno 1095, can. 15; Claromontanum eod. anno can. 13, Nemausense 1096 can. 9, Remense 1131, generale Lateranense II can. 10. Sub autem rubrica statutorum quæ prohibent ne presbyter sine iudicio canonico titulo suo privetur: concilium Antiochenum can. 17, concilia Carthaginensia I, II, III et IV, Milevitanum II can. 22, concilium generale Chalcedonense act. 5, Aurelianense III can. 19 et 20, Turonense II can. 7, Ispalense I can. 6, Toletanum IV can. 28, Toletanum XI can. 7, Catalanense II can. 42, Papiense, anno 855, cap. 5; generale VIII Constantinopolitanum can. 26, Forojuliense, anno 791, can. 7, Triburense can. 10. Sub rubrica statutorum quæ parochos aut vicarios perpetuos in locum vicariorum amovibilium suffici præscribunt: concilium Lateranense II can. 10, Remense 1131 can. 9, Turonense 1163 can. 5, generale Lateranense IV, anno 1215, can. 32, Moguntinum 1225 can. 12, Oxoniense can. 13 et 15, Abrincense 1272 can. 6, Biterrense 1233 can. 11 et 12, Salisburgense 1276 can. 10, Ausitanum 1326 can. 36, generale Tridentinum sess. VII, cap. vi, sess. XXV, cap. xvi. Fleury, *Instit. au droit eccl.*, part. I, cap. xviii.

Pergitque DD. Thibault: « L'EXPOSÉ dit: on allègue le danger de l'épiscopat lui-même qui court le risque, à notre époque, de perdre, s'il ne limite son pouvoir, le respect et la soumission qui lui sont dus. Nous l'avouons, le danger est réel; l'esprit d'indépendance fait chaque jour de nouveaux progrès... Si cette funeste disposition des esprits pénétrait au sein du clergé, et comment ne pas le craindre, vu son contact inévitable et continu avec les populations, alors le danger serait immense, et supposé que l'institution des tribunaux ecclésiastiques fût en réalité un moyen d'échapper, on ne doit pas hésiter à les rétablir, car le salut de l'Église est tout entier dans une sainte et respectueuse soumission à l'Épiscopat. Or, l'expé-

» rience nous apprend qu'une concession sage et faite à propos peut souvent prévenir un grand mal... Nous pensons dès lors qu'il y a opportunité à rétablir les tribunaux ecclésiastiques. » Et assensum adjicit prædictus antistes; inde ad responsum episcopo Leodiensi datum a Gregorio XVI, die etiam prima maii 1845, deveniens fatetur regimen inductum apud nos in statu quo remanere quidem posse, sed episcoporum partes esse restaurandæ inamovibilitati viam sternere.

Item: « L'EXPOSÉ dit: A une époque où l'esprit de liberté sonde les bases de tous les pouvoirs pour en resserrer les limites, et cherche partout des garanties contre l'autorité des personnes, pour n'avoir plus à se soumettre qu'à l'autorité de la loi... il était bien facile de prévoir qu'on viendrait presser l'Épiscopat de donner à son tour au clergé d'autres garanties que la justice habituelle de son administration et la sainte légitimité de ses droits. Voilà ce que dit l'EXPOSÉ avec beaucoup de raison. Or, ce désir de n'avoir plus à se soumettre qu'à l'autorité de la loi est, ce me semble, parfaitement conforme à la nature de l'Église, société sainte, la plus parfaite de toutes, et où tout doit être autant que possible régulièrement constitué, parfaitement conforme à son esprit qui lui a dicté dans tant de conciles les canons par lesquels elle prévoyait et réglait toutes choses.

» Le pouvoir sur la terre émané de Dieu a d'autant plus de force que ses décrets sont plus certainement l'expression des volontés divines. Confié à des hommes, leur ignorance et leur faiblesse l'égarent et l'affaiblissent. Il importe donc qu'il soit réglé par des lois ayant déjà pour elles le respect des sages, la vénération des peuples, la sanction de l'expérience. C'est, dit Thomassin, une loi naturelle, éternelle, immuable que tout empire doit être réglé par les lois, et que, quelle que souveraineté qu'on puisse prétendre, les lois sont encore au-dessus. Un État bien réglé est celui où, selon l'expression de Bossuet, personne n'est sujet que de la loi et où la loi est plus puissante que les hommes. Si l'on pénètre dans la discipline des anciens canons, dit encore Thomassin, on trouvera que l'autorité des évêques est d'autant plus grande qu'elle est plus ferme, et d'autant plus ferme qu'elle est plus douce, et d'autant plus juste et plus douce qu'elle est établie sur les lois... Benoît XIV écrivait: *Apostolica Sedes cavere solet ne quid novi contra jus commune sine gravi causa decernat.* » Concluditque DD. Thibault stabiendam esse parochorum deservientiam, ut aiunt, inamovibilitatem.

In paragrapho II, circa inamovibilitatis incommoda, episcopus Mospeliensis objectionibus respondet. Utilitas perpetuitatis non est impugnanda, inquit, ipsa conciliorum decreta hanc utilitatem invictissime adstruunt. Jam per quindecim sæcula experientia facta est. Temporibus præteritis, et dum decreta de stabilitate parochorum conderen-

tur, in clero heu! non deerant delinquentes. Si ex una parte auctoritas episcopi major reverentiam obedientiamque majorem inculcare valeat, eandem auctoritatem ex altera parte lacesunt dicitia contra potestate abutentes et dominantes in cleris. Item adversarii dicunt quod parochi amovibiles, ut in suis Ecclesiis per longum tempus commorentur et ad meliores transferantur, in necessitate benevolentiam suorum præsulum emerendi constituentur, et quod ipsi præsulæ incitamentum et remunerationem suis presbyteris offerre possint. Respondet DD. Thibault sanctam Ecclesiam jugiter adlaborare ut in cordibus parochorum zelus purior accendatur, amor scilicet quo quisque suæ Ecclesiæ tanquam sponsæ indissolubiler adhæret, ipsosque parochos tanquam optimam habituros remunerationem canonicam stabilitatem; satius est, inquit, ambrosios viam præcludere quam sternere, homines inquietos, gyrovagos, in officiis et locis suis constanter devincere quam eorum desideria imprudenter excitare. Si, vigente concordato anni 1801, personæ gubernio gratæ eligi semper debeant, nil refert; non inde major exurget difficultas quam pro titulis hodie subsistentibus. Quoad impensas quas erectio tribunalium ecclesiasticorum necessarias reddet, « L'EXPOSÉ dit que dans les chapitres on trouvera des ecclésiastiques rétribués dont l'évêque pourra disposer pour en faire des officiaux et des promoteurs... »

« L'EXPOSÉ dit: ce qui entrave le plus la marche des gouvernements justes, ce sont les titres inamovibles que l'équité ne leur permet plus d'enlever. Hæc propositio, inquit Mospeliensis Antistes, cum seipsa pugnat; dum enim Ecclesia per sæcula quindecim inamovibilitatem parochorum confoveret, ipsam contra suam propriam auctoritatem, et justam rerum et personarum sibi subjectarum administrationem, imprudenter egisse confiteri quisque cogetur, quod plane falsum est.

In paragrapho III, de modo puniendi parochos delinquentes, DD. Thibault ostendit auctoritatem episcoporum in hac parte sufficientem esse, etiam in hypothesi qua omnes parochi tanquam inamovibiles de jure haberentur. Contra eos qui reformidant in processibus ecclesiasticis strepitum testatur idem episcopus Ecclesiam illum nunquam reformidasse, et cum quatuor præsulibus concludit tribunalia ecclesiastica esse restauranda.

Paragraphus IV tractat de conciliis provincialibus, synodisque diocesanis restituendis, et de studiis ecclesiasticis confovendis.

Paragraphus V de electione episcoporum. Hic prælaudatus Antistes tollit electionem ex suffragiis non tantum populi, sed etiam cleri aut capituli aut episcoporum provinciarum factam, adhæretque sententiæ quatuor præsulum quibus arridet magis systema in concordato diei 3 augusti 1847, imperatori Russiarum a Sancta Sede benigne concessio, art. XII ratum, ibi: « Designatio episcoporum pro diocesisibus et pro suffraganeatibus imperii Rus-

siarum et Poloniae regni per singulas vices locum habebit, consiliis ante habitis inter imperatorem et Sanctam Sedem. Institutio canonica ipsis a Romano Pontifice dabitur juxta consuetum morem. »

Paragraphus VI agit de institutione et utilitate capitulorum. Quatuor prælati servanda esse capitula tenent; allegantur litteræ apostolicæ Benedicti XIV, *Quum ex sublimi*, 8 aug. 1755, et *Exposition des principes sur la constitution civile du clergé par les évêques députés à l'assemblée nationale* 1790.

Tandem in paragrapho VII, de capitulorum juri-ribus, ita loquitur DD. episcopus Montispessulani: « Les droits dont jouissaient généralement les chapitres en France, avant la première révolution, subsistent encore aujourd'hui. Ils doivent être religieusement conservés... Le saint concile de Trente exhorte à conférer au moins la moitié des canonicats à des docteurs ou licenciés en théologie ou droit canon. Cette sage pratique serait un puissant moyen d'émulation et de développement pour la science ecclésiastique. »

Explicit analysis documentorum quæ, ut opinamur, usque ad hodiernum tempus non prodierant in lucem.

ADNOTATIO XLV.

Lib. III. Decretal. Tit. XXIX, n. 9; pag. 592.

DE MISSA AUDITA IN ECCLESIA NON PAROCHIALI.

« Præcepto de ejiciendo alieno parochiano qui diebus dominicis et festis, contempto proprio parochio, missam audiret in Ecclesia parochiali non sua, derogatum est a contraria consuetudine, cum hodie cuique liberum sit ex eadem contraria consuetudine, in toto christiano orbe recepta, et tacito parochorum consensu, accedere ad quascumque Ecclesias tam sæculares quam regulares ad satisfaciendum præcepto auditionis missæ. Et quoad Ecclesias regulares, ita etiam declaravit Leo X, const. *Intelleximus*, 13 nov. 1517. Successive S. Pius V suis apostolicis litteris, datis 17 kal. sept. 1567, idem definiit. Postremo idem statuendo declaravit Clemens VIII in brevi incipienti, *Significatum*, an 1592, relato a Benedicto XIV, *De syn. diocæs.* lib. XI, cap. xiv, n. 8.

« Non obstantibus his declarationibus, non desunt auctores, ut notat laudatus Benedictus, loc. cit. n. 8, inter quos Juenin. *De sacramentis*, disert. V, quæst. VII, cap. ii, art. 2, et Van-Escapen. *Jur. eccl. univ.* part. II, tit. V, cap. ii, propugnantes ne hodie quidem citra grave peccatum fas esse fidelibus, solemniors saltem diebus festis, rei divinæ alibi quam in propria parochia interesse. Neque enim juri communi derogatum, aiunt, per præfatas constitutiones quibus potestas fit sæcularibus missam audiendi in ecclesiis regularium, quoniam in illis hæc adjoicitur limitatio nimirum: dummodo id non